

res regulas gladio percussisset. et ipse tandem a suis domestico
cis interfectus. In quos ultione pacta filius eius Regnum
suscepit. Audiuimus nos olim arborem esse in Scotia, que
supra ripam fluminis enata fructus produceret anetarum for-
ma habentes. et eos quidem cum maturitati propinqui essent sponte
sua decidere alios in terram, alios in aquam, et in terra deie-
ctos putrescere, in aquam vero demersos mox animatos ena-
re sub aquis et in aere plumis pennisque evestigio euolare. de
qua re cum avidius inuestigarem didicim miracula semper
remotius fugere, famosamque arborem non in Scotia, sed
apud archades insulas inueniri. Illud tamen nobis in Sco-
tia miraculum representatum est. Quam pauperes pene nudos ad ec-
clesias mendicantes acceptis lapidibus elemosine gratia dati
letos abesse perspeximus. Id genus lapidis siue sulphurea si-
ue alia pingui materia predictum ligno, quo regio nuda est
comburitur.

Ibernia nunc nobis absoluenda est que pro a Bri-
tannia disuncta freti prima libera Scotorum amicitia et so-
cietate gaudet, prima Anglicano parat Impio. Sed quor-
um nihil dignum memoria pro hoc tempore de quo scriptio est ge-
stum accepimus. Ad res hispanicas festinamus.

Latissima regio Hispania et terra optimis, compa-
da viris armisque potens, hoc anno nostro, in quinque Reges
diuisa est. Primum ac maximum Castelle Regem appellant,
Proximum ei Aragonum, Tertio loco Portugalem Quar-
to Nauarre, Brantate quod ab euangelio christi alienum est
Ultimum ponunt. In castella prenobili ac late dominante Re-
gno, Cuius Reges Gothorum sanguine creti nunquam gen-
te variarunt, Alvarus de Luna natione Aragonensis, nobili
genere, quibus extra matrimonium natus cum olim Johanni Re-
gi adeo se insinuasset, ut vnus omnium Regni regisque potens
videretur, Johannemque Nauarre Regem et Henricum imperatorem
militie Sancti Jacobi potentia sua opprimere, ac Regnum